



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 18. Cardinalis Caraffæ extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Sæcul. XVI. mo nono die duodecima Decembris con-  
A.C. 1541. tulit. Tandem in Eugubina civitate  
anno Salvatoris nostri millesimo quin-  
gentesimo quadragesimo primo die vi-  
gesima secunda Julii animam Deo red-  
didiit, tumulumque habuit in Ecclesia  
Cathedrali, in qua eidem cives monu-  
mētum ex marmore affabre elabora-  
tum cum imposita illius effigie exstruxer-  
rant. Scripsit tractatum de modo oran-  
di, nec non meditationes in Psalmum  
centesimum trigesimum, & centesimum  
quadragesimum quintum præter quas-  
dam epistolas ad Leonem X., Corte-  
sium, Sadoletum, pluresque alios.  
Harum nonnullas refert Cardinalis  
Bembus.

## §. XVIII.

*Cardinalis Caraffæ extrema.*

*Ciat. l. c.*  
p. 489.  
*Anmirato*  
*famil. Neap.*  
*Aldimari*  
*hist. della*  
*fam. Carafa.*

Vincentius Caraffa nobilis Neapolita-  
nus Parentes habuit Fabritium Ca-  
raffam & Aureliam Tolomejam, fuitque  
nepos Oliverii Caraffæ Cardinalis, ex  
cujus cessione ex Ariminensi Episcopo  
in Neapolitanum Archiepiscopum eve-  
tus est. Julius II. Papa sæpius qui-  
dem Vincentium sacra purpura ornare  
exoptabat, eo quod illum in molestissimis  
etiam Italiæ temporibus semper in Ro-  
manam Ecclesiam valde propensum,  
eamque non raro magna pecuniarum  
sum-

fumma ab eo adjutam agnovisset; ve- Sæcul.XVI.  
A.C.1541.  
rum semper hujus Papæ consilio vehe-  
menter obluctabatur Ferdinandus Rex  
Catholicus; cum enim Vincentius ejus  
rebus adversaretur, verebatur Rex, ne  
is, cum aliunde in Neapolis Regno plu-  
rimum potentia valeret, Cardinalitia  
etiam dignitate auctus nimium auctori-  
tate ac populi favore excresceret. In-  
terfuit is tanquam Archiepiscopus Con-  
cilio Lateranensi Romæ habito sub Ju-  
lio II. & Leone X. eoque absoluto post  
undecimum ab obtento Archiepiscopa-  
tu annum Neapolin pervenit, cum au-  
tem solemní pompa urbem ingredi vel-  
let, ingens inter Neapolitanos, & Ca-  
puani generis Nobiles contentio exorta  
est; unusquisque enim sibi jus umbra-  
culum deferendi arrogabat. Verum  
Raymundus de Cardona Neapolitani  
Regni Pro-Rex litem diremit, atque in  
nobilium Capuanorum favorem contro-  
versiam sedavit: Itaque Archiepiscopus  
anno post Christum natum millesimo  
quingentesimo decimo octavo die duo-  
decima Junii Neapolin solemniter in-  
gressus est, evolutis autem aliquot an-  
nis Romam rediit, cum ingentibus ho-  
norum signis exceptus. Mortuo deni-  
que Leone X. a facro Cardinalium Col-  
legio urbis Romanæ Rector Sede va-  
cante feligebatur, ac Clementis VII.

be-

**Sæcul. XVI.** benevolentiam sibi concilians inter ejusdem familiares cooptatus, tandem die **A.C. 1541** vigesima prima Novembris anno salutis millesimo quingentesimo vigesimo septimo ab eodem Papa adhuc in arce S. Angeli capto Presbyteris Cardinalibus adscriptus est, ejusque electionem idem Clemens literis in forma Brevis confirmavit, ne forte hac super re quæstio, dubiumque moveri posset. Anno Christi millesimo quingentesimo quadragesimo a Paulo III. Legatus a latere relictus est in urbe, quando ille Roma Placentiam versus discessit. Obiit Vincen-  
tius Neapoli die vigesima octava Se-  
ptembbris.

### §. XIX.

#### *Jacobi Merlini Doctoris fata.*

**Dupin. Bibl.** Inter Scriptores Ecclesiasticos, qui hoc  
**des Aut. Ec-** anno fatis functi sunt, præprimis re-  
**tæf. tom. 14** censeri meretur Jacobus Merlinus ex  
**in 4. p. 160.** Lemovicensi Diœcesi ortus, Theologicæ  
Parisiensis Facultatis Doctor. Hic per  
aliquot annos in Monte Martyrum Pa-  
rochi munus explebat, postea vero Pa-  
risiis in Canonicum Ecclesiæ ad B. Vir-  
ginem nominatus, anno Domini millesimo  
quingentesimo vigesimo quinto ad  
obeundum majoris Pœnitentiarii offi-  
cium felicebatur: cum autem religio-  
nis zelo animatus adversus Aulicos, qui  
no-